

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Et primo, vtrum causa doloris sit bonum amißum, vel malum coniunctum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](#)

QVAEST. XXXVI.

ARTIC. I. HAVO

mit interiorē cōceptū, & affectum non solum in hominibus, sed etiā in aliis animalibus, ut dī in 1. Pol. *

A D P R I M U M ergo dicendū, q̄ delectatio causatur ex bono, quod uno modo dicitur: & ideo delectatio nis non assignantur tot species, sicut tristitia, quae causatur ex malo, quod multifariam contingit, ut dicit Dion. 4. cap. de* diuinis nominis.

A D S E C V N D U M Dicendum, quod p̄nitentia est de malo proprio, quod per se est obiectum tristitiae, unde non pertinet ad has species: zelus verò & nemesis sub iniudia continentur, ut infra * patebit.

A D T E R T I U M dicendum, quod diutio ista non sumitur secundum oppositiones specierum, sed secundum diuersitatem extrancorum, ad quam trahitur ratio tristitiae, ut dictum est.*

In corp. art.

*¶ Super quatuor artifices
in sexa articulum
primum.*

QVAESTIO XXXVI.

De causis tristitiae, seu doloris, in quatuor articulos diuisa.

DE INDE considerandum est de causis tristitiae. Et circa hoc queruntur quatuor.

IN 1. art. quæstio, 36. memento doctrinæ superius data in 1. art. quæst. 8. quomodo priuationes capiuntur ut entia, & bona in ratione, eodem enim iudicio sumuntur ratione contrariae mali: sicut enim mulierem non tangere, sumire ut bonum, ita etiam sumi ut malum.

Sed occurrit unum dubium non disimilandum: si bonum amissum, & malum coniunctum in re coincident, quia malum in priuatione boni consistit, & propterea in motu naturali nulla quodammodo esset hæc quæstio, ut in litera dicitur, cum in ratio ne utrumque induat rationem carnis, quæ restat inter ea differenti, ob quam malum coniunctum fortiora rationem contrariae potius, quam bonum amissum, & ob quam tristitia respicit bonum amissum sub ratione mali coniuncti, & non conuerso.

T Ad hoc dicitur, quod licet tam amissio boni, quam malum possit habere rationem entis: apprehendi siquidem potest, & amissio mali, & malum mortis sub ratione sacrificii diuini &c. inter ipsa tamen in re, & in ratione hoc inter eit, quod in re, utrinque que ratio consistit in priuatione boni, ut in litera deducitur: in ratione autem ratio boni amissi consitit in prima-

*I. 8. q. Dul-
citat. cap. 1. a
med. to. 4.
q. p. art. 4.*

*q. 35. art. 4.
Cap. 7. & 9.
tom. 5.
C. 12. in fin.*

ARTICULUS PRIMUS.

Vtrum causa doloris sit bonum amissum, vel malum coniunctum.

A D P R I M U M sic proceditur. Videtur, quod bonū amissum sit magis causa doloris, quā malum coniunctum. Dicit enim Aug. in lib. * de octo quæstionib. Dulcitat, dolorē esse de amissione bonorum temporalium: eadē ergo rōne quilibet dolor ex amissione aliquius boni contingit.

T 2. Pr̄t. Supra dictum est, * q̄ dolor qui delectationi contraria est de eodem, de quo est delectatio: sed delectatio est de bono, sicut supra dictū est.* ergo dolor est principaliter de amissione boni.

T 3. Pr̄t. Secundum Aug. * 14. de ciui. Dei, amor est causa tristitiae, sicut & aliarum affectionum animæ: sed obiectum amoris est bonū. ergo dolor, vel tristitia magis respicit bonum amissum, quā malum coniunctum.

SED CONTRA est, quod Da. * dicit in 2. lib. q̄ expectati malū tibi rōne cōstituit: p̄n uero tristitia.

R E S P O N S U M Dicendum, q̄ si hoc mō se h̄erent priuationes in apprehensione aīa, siue se h̄it in ipsa reb. ista q̄stio nullius momenti

esse uideretur. Malum. n. ut in 1. li. * habitū est, est priuatio boni: priuatio autem in rerum natura nihil est aliud, quām carentia op̄ positi habitus. Enī hoc ergo idem est triflari de bono amissio, & de malo habito: sed tristitia est mor̄ appetitus apprehensionem sequētis: in apprehensione autem ipsa priuatio h̄et rōnem cuiusdam en̄tis: vnde dicitur ens rōnī: & sic malum cum sit priuatio, se habet per modum contrarii. Et iō quantum ad motum appetituum, differt, utrum respicit priuipalius malum coniunctum, vel bonum amissum. Et quia motus appetitus animalis hoc modo se habet in operibus anima, sicut motus naturalis in rebus naturalibus, ex consideratione naturalium motuum veritas accipi p̄t. Si. n. accipiamus in motib. naturalib. acceſſum & recessum, accessus per se respicit id quod est conueniens naturæ, recessus aut̄ per se respicit id, q̄ est contraria: sicut graue per se recedit a loco superiori, accedit aut̄ naturaliter ad locum inferiorē. Sed si accipiamus cām utriusque motus, s. grauitatem, ipsa grauitas per se respicit ad locum deorsum, q̄ retrahat a loco sursum, a quo recedit ut deorsum tendat. Sic igit̄ cūm tristitia in moribus appetitūs se habeat p̄ modum fugæ, vel recessus, delectatio autem per modum prosecutionis, vel accessus, sic delectatio per prius respicit bonum adeptum, quasi proprium obiectum, ita tristitia respicit malum coniunctum: sed causa delectationis & tristitiae. f. amor, per prius respicit bonum, q̄ malum. Sic ergo eo mō, quo obiectū est cā passionis, magis proprie est cā tristitiae, vel doloris, malum cōiunctum, quām bonū amissum.

A D S E C V N D U M ergo dicēdī, quod ipsa amissio boni apprehendit sub ratione mali, sicut & amissio mali apprehendit sub ratione boni: & ideo Aug. dicit dolorem prouenire ex amissione temporalium bonorum.

A D T E R T I U M Dicendum, quod delectatio, & dolor ei contrarii respiciunt idem, sed sub contraria ratione: nam si delectatio est de presentia alii, tristitia est de absentia eiusdem. In uno autem contrariiorum includitur priuatio alterius, ut patet in 10. Metaph. * & inde est, quod tristitia, quæ est de cōtrario, est quodammodo de eodem sub contraria ratione.

A D S E C V N D U M Dicendum, quod quando ex una causa proueniunt multi motus, non oportet quod omnes principalius respiciant illud, quod principalius respicit eam, sed primus tantum: unusquisque autem aliorum principalius respicit illud, quod est ei conueniens secundum propriam rationem.

ARTI-

*¶ Super quæst. trigesima
sexta. Articulum
secundum.*

Vtrum concupiscentia sit causa doloris.

AD SECUNDVM sic proceditur. Videtur, quod concupiscentia non sit causa doloris, seu tristitia. Tristitia enim per se respicit malum, ut dictum est: * concupiscentia autem est motus quidam appetitus in bonum: motus autem qui est in unum contrarium, non est causa motus qd respicit aliud contrarium: ergo concupiscentia non est causa doloris.

¶ 2 Prat. Dolor, secundum Damasce. * est de praesenti, concupiscentia autem est de futuro: ergo concupiscentia non est causa doloris.

¶ 3 Prat. Id quod per se est delectabile, non est causa doloris: sed concupiscentia est secundum seipsum delectabilis, ut Philosopha dicit in Rhet. * ergo concupiscentia non est causa doloris, seu tristitia.

CED CONTRA est, qd Aug. dicit in Ench. Subintributus ignorantia agendarum rerum, & concupiscentia noxiarum, comites subinferunt error & dolor: sed ignorari est causa erroris. ergo concupiscentia est causa doloris.

RESPON. Dicendum, qd tristitia est motus quidam appetitus animalis: motus autem appetitus habet, sicut dictum est, similitudinem appetitus naturalis, cuius duplex causa assignari potest. Vna per modum finis, alia sicut unde est principium motus, sicut de scensionis corporis gravis causa sicut finis, est locus deorsum: principium autem motus est inclinatio naturalis, qua est ex gratitate: causa autem motus appetitus per modum finis, est eius obiectum: & sic iu-
Ar. 6.2.3.
Hi. 4. de Ciu.
Deic. 7.8. &
2. jo. art. 2.

D. 990. **A**rt. præced. **C**ontra dicitur, qd tristitia est motus appetitus per modum finis, est eius obiectum: & sic iu-
Ar. 6.2.3.
Hi. 4. de Ciu.
Deic. 7.8. &
2. jo. art. 2.

re dicitur est, qd tristitia est malum contrarium: & id hinc motus appetitus primum principium est amor, qui est prima inclinatio appetitus ad bonum, consequendum. Secundum autem principium est odium, quod est inclinatio prima appetitus ad malum fugendum: sed quia concupiscentia, uel cupiditas est primus effectus amoris, quo maxime delectamus, utsu prædicti est: * id frequenter Aug. cupiditatē, uel concupiscentiam pro amore ponit, ut supra dictū est: * & hoc mō concupiscentiam dicit esse uniuersalem causam doloris, sed ipsa concupiscentia secundum propriam rationem considerata, est interdum causa doloris. Omne n. quod impedit motum, ne pueniat ad terminum, est contrarium motui illud autem quod est contrarium motui appetitus, est contristans, & sic per consequens concupiscentia fit causa tristitia, in quantum de retardatione boni cōcupiti, uel totali ablatione tristatur. Vniuersalis autem causa doloris esse non potest: quia magis dolemus de subtraktione bonorum presentium, in quibus iam delamur, quam futurorum quæ concupiscimus.

AD PRIMUM ergo dicendum, qd non omnis uniuersitas ad bonum consequendū, est cā inclinationis appetitus ad malum fugiēdū, sicut dictū est: * & ex hoc cōtingit, qd motus appetitus qd respiciunt bonum, ponuntur cā motuum appetitus, qd respiciunt malum.

AD SECUNDUM dicendum, qd illud qd conspicitur, et si realiter sit futurum, est tamen quodammodo p̄sens in quantum speratur. Vl pōt dici, qd licet bonū concupitum sit futurum, tñ impedimen-

Atum præstantialiter apponitur, quod dolorē causat.

AD TERTIVM Dicendum, qd concupiscentia est delectabilis, quandiu manet spes adipisciendi, qd concupiscitur: sed subtrahita spe per impedimentum appositum, concupiscentia dolorem causat.

*¶ Super quæst. trigesima
sexta. Articulum
tertium.*

*Vtrum appetitus unitatis sit
causa doloris.*

AD TERTIVM sic procedit. Videtur, qd appetitus unitatis non sit causa doloris. Dicit n. Philofo. in 10. Ethic. * qd hęc opinio, posuit, repletionem ēē causam delectatiōis, & incisionē cām tristitiae, uidetur ēē facta ex deletionibus, & tristitiae qd sunt circa cibum: sed non omnis delectatio, uel tristitia est huiusmodi. ergo appetitus unitatis non est causa uniuersalis doloris, cum repletio ad unitatem pertineat, incisio uero multitudinem inducat.

¶ 2 Prat. Quilibet separatio unitati opponitur. si ergo dolor causaret ex appetitu unitatis, nulla separatio esset delectabilis; quod patet esse falsum in separatio omnium superfluum.

¶ 3 Prat. Eadem ratione appetitus coniunctionem boni, & remotionem mali: sed sicut coniunction per tenet ad unitatē, cū sit unio qdā, ita separatio est contrarium unitati. ergo appetitus unitatis non magis debet ponī cā doloris, qd appetitus separationis.

CED CONTRA est, quod Aug. dicit in 3. de li. arb. * Cap. 23. post med. 10.1.

quod ex dolore, quem bestiæ sentiunt, satis appareat in regendis, amandisque suis corporibus, qdā sint animales appetentes unitatis. Quid n. est aliud dolor, nisi quidam sensus divisionis, vel corruptionis impatiens?

RESPON. Dicendum, quod eo modo quo concupiscentia, uel cupiditas boni est cā doloris, et appetitus unitatis uel amor, cā doloris ponendus est. Bonum n. uniuscuiusque rei in quadam unitate consistit, prout s. unaquaq; res hēt in se unita illa, ex quib; consistit eius perfectio. vnde & Platonici posuerunt unum esse principium, sicut & bonum: unde naturaliter unumquodque appetit unitatem, sicut & bonitatem. & propter hoc sicut amor, uel appetitus boni, est causa doloris, ita et amor, uel appetitus unitatis.

EAD PRIMUM ergo dicendum, qd non omnis uniuersitas ad perfectionem boni, sed solum illa, aqua depēdet esse perfectum rei, & propter hoc etiam non cuiuslibet appetitus unitatis est cā doloris, vel tristitiae, ut qdā opinabantur, quorū opinionem ibi Philosophus excludit per hoc, quod quedam repletiones non sūt delectabiles: sicut repleti cibis non delectantur in ciborum sumptione. Talis enim repletion, siue unio magis repugnat ad perfectum esse, qd ipsum constitueret: unde dolor non causatur ex appetitu cuiuslibet unitatis, sed eius in qua consistit perfectio naturæ.

AD SECUNDUM dicendum, qd separatio potest ēē delectabilis uel inquantum remouet illud quod est contrarium perfectioni rei, uel inquantum separatio habet aliquam unionem adiunctam puta, sensibilis ad sensum.

AD TERTIVM dicendum, qd separatio nociorum & corruptum appetitur, inquantum tollunt debitam unitatem: unde appetitus huiusmodi separationis non est prima causa doloris, sed magis appetitus unitatis.